

Band III., Nr. 607, Seite 69-71

König Friedrich (II.) nimmt das Kloster Weingarten in seinen und des Reiches Schutz und bestätigt und gewährt demselben eine Reihe namentlich aufgezählter Rechte und Freiheiten.

Ulm, 1218. Mai 17.

Fridericus, dei gracia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie, suis devotis et fidelibus principibus, baronibus, militibus burgensibus Alemanie in perpetuum. Licet omnia pia loca divinis serviciis instaurata sub clipeo nostre tuicionis teneamur indefesso affectu confovere, attamen unica et speciali gracia illa amplectimur, que a nobilissimis nostre serenitatis traducibus ad insignia meritorum augenda dinoscuntur fundata. Eapropter universitatem vestram scire volumus, quod nos monasterium in Wingarten, [quod] ab inclite recordationis ducibus Welfonibus in honorem sacrosancti sanguinis domini nostri Jhesu Christi et sanctorum Martini et Oswaldi est constructum, cum omnibus ei pertinentibus, sub nostram et sacri inperii sucipimus tutelam. Confirmantes ei omnes libertates, immunitates et exemptiones, ab ipsis fundatoribus, a regibus et inperatoribus constitutas et inviolabiliter indultas. Quarum pauca e pluribus breviter colligimus, ut cunctis huius privilegii auditoribus cercius innotescant. Sane tali testamur dictum monasterium donatum libertate ut abbas et fratres maturiores liberum habeant arbitrium eligere advocatum super omnia dicto loco pertinencia, ad terminum quem sibi arbitrati fuerint expedire. Cui non est licitum aliquas advocacias, iura vel iurisdictiones comiti, baroni, aut plebeio militi in beneficio conferre, vendere vel obligare, aut propriis usibus hereditario iure vendicare. Homines vero eidem loco pertinentes ab universis exactionibus vel fredis, que plerumque ab advocatione asolent extorqueri, ostendimus immunes. Familia quoque ipsorum fratrum que in propriis expensis eorum steterit, in civili foro non debet conveniri, nec ad aliquam servitutem tributariam artari. Correctio autem excessuum seu pena omnis familie competens predicto monasterio ad abbatem dinoscitur pertinere, nisi forte voluerit per auxilium advocati gravis eosdem punire, et tunc in sorte emende, duabus partibus in usum abbatis deductis terciam ipse advocatus est habiturus. Firmiter quippe de mortuariis talis modus est tenendus: si moriens liberos habuerit, suam condicionem sequentes, tunc cultiores vestes eius et animal melius inter sua dabuntur, sed si migrat, testatus vel intestatus, non sue condicionis prolem habens, medietatis omnium que possidet, mobilium et immobilium, legitimus heres ipsum monasterium nichilominus constituetur; quod etiam consuetudo vel

II

libertas loci aut patrie nullatenus queat prescribere aut ullomodo annullare. Cum autem nemo sit eminencioris auctoritatis super homines sepedicti monasterii abbate et fratribus, ipsos habent de bonis extraneis tollere ac in propriis libere locare, quos etiam non est iustum sive licilum alicui pro re aliqua cavere, nisi abbatis permissio accedat. Preterea si quis memorato loco pertinens, agriculturam postponens, ad aliquam munitio[n]um se transfert, volueritque sectari ocia urbana, reposcat eum abbas, cui cessante omni privilegio, iure et consuetudine, est omnimodis restituendus. In nemore si quidem quod Altorferwalt¹ dicitur, porcos, quos fratres habuerint, pascant, et ligna ad sepes, ad ignes, ad edificia et ad omnia eis necessaria debent excidere, presumptione exigendi precium occasione talis excisionis omnibus forstariis interdicta; gratis enim hec ab ipsis fundatoribus sepe nominato loco sunt in proprium deputata. Novalia vero, que fratres, aut homines monasterio suo pertinentes, in propriis expensis elaboraverint, cum decimis et proprietate, eidem loco perpetuo non diffitemur pertinere, que autem ab extraneis culta fuerint, decimas ei sine contradictione prestabunt. Constat itaque cella sepius fati loci hac inmunitate insignita, ut omnis qui violenciam intra limites eius perpetrare ausus fuerit, que fratrum quieti noceat, inperiali proscriptio[n]i sit innodatus. Preterea indultum est insolubili decreto eidem ecclesie, ut quecumque bona per cambium, emptiones, aut elemosinam, a barononibus, militibus, burgensibus poterit adipisci, quocumque nomine ad culmen inepiale sint spectancia aut ad ducatum Suevie, perpetuo proprietatis iure sunt possidenda ab ipsa. Hec igitur premissa et universas alias gracias seu concessiones, ab inicio sue foundationis dudum dicto monasterio a principibus, regibus et inperatoribus factas, regia auctoritate presentis privilegii renovatione confirmamus. Statuentes, si nos vel nostrorum successorum quispiam, horum statutorum inmemores, contingat variare vel infringere, irritum esse et sine robore firmitatis. Si qua vero persona, cuiuscumque condicionis existat, hiis iuribus fuerit ausa contraire, in penam sue culpe regali sententia noscat se in summa centum marcarum purissimi argenti penitus condempnatam, cuius summe fisco nostro medietas debet appendi, altera pars lesis. In horum omnium prelibatorum memoriam presens privilegium, de nostra conscriptum iussione, nostre maiestati[s] bulla extat consignatum. Testes sunt hii: venerabilis Sifridus episcopus Augustensis, Cunradus abbas Elwacensis, Albertus de Euerstein, Hartmannus de Wirtenberc, Vlricus de Vltun, comi-

¹Der Altdorfer Wald, noch jetzt ansehnlicher, früher sehr ausgedehnter Wald in Oberschwaben, an Altdorf, aufgegr. in Weingarten, RV stoßend, vgl. WUB, Bd. II S. 24, Nr. 317 und Beschreibung des Oberamts Ravensburg. Mit einer Karte des Oberamts, einer Ansicht von Ravensburg und vier Tabellen, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Johann Daniel Georg von Memminger, Stuttgart u.a. 1836 (Beschreibungen des Kö S. 42 und 91.

III

tes, Eberhardus de Tanne², Cunradus de Wintersteten, Hermannus Gnuftingus, Diets de Bongarten³ et alii plures.

 Actum Vlme et datum anno domini milesimo CC. X^o. VIII^o., X^o. VI^o. kalendas Iunii, indictione octava.

 Signum domini Friderici, Romanorum regis invictissimi.
(*Monogramm.*)

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Diese, an vier Quadratfuß große, sehr schön und frisch aussehende Urkunde mit ihren äußerst vorsorglichen Bestimmungen für das Kloster muss nichts desto weniger, oder vielmehr gerade auch um dieser Vorsorge willen, entschieden für falsch erklärt werden. Neben ihrer ganz ungewöhnlichen, aus kaiserlichen und päpstlichen Urkunden und wo immer sonst her zusammengestoppelten Formulierung und dem abenteuerlichen Stile überhaupt kommt als entscheidendes Merkmal noch die Unvereinbarkeit der Zeitangaben unter sich und mit anderen Urkunden Friederichs hinzu. Die Indiktion 8 stimmt nicht zu 1218, und weder dieses noch das Jahr 1220, das zur Zahl der Indiktion passen würde, verträgt sich mit dem Itinerar Friedrichs, der 1218 in Lothringen, 1220 im Mai, meist in Frankfurt, Hagenau und Speier, namentlich den 18. Mai in Hagenau war. Im übrigen können auch die Schriftzüge, obgleich im Ganzen gut und richtig geraten, doch, namentlich im Vergleich mit jeder beliebigen echten Urkunde Friederichs, die künstliche Nachahmung nicht verleugnen. Bezeichnend sind namentlich eine Reihe überbesserter, an sich ganz unbedeutender, aber einer der Schriftart gewöhnten Hand von vornherein nicht wohl möglicher Verstöße.

 Das an purpurroter Seidenschnur anhängende Majestätssiegel führt die Umschrift: FRI-
DERICVS DEI GR*ati*A ROMANOR*um* REX *et* SEMP*er* AVGVST*us*, innen zu beiden Seiten der Figur des Königs: ET REX SICILIE (die E und M gerundet, VS in *Augustus* zu einem Buchstaben verbunden, Punkte zwischen den einzelnen Worten nicht sicher zu erkennen) und ist unzweifelhaft echt, wie dies unter anderem aus einer Vergleichung mit dem Siegel der echten Denkendorfer Urkunde vom 10. November 1214, mit der es genau zusammentrifft, hervorgeht. Wohl aber steht seine verdorbene, schmutzig graue und rostgelbe Farbe, die Unebenheit der Grundfläche, der nach einer Seite hin eingedrückte etwas verschobene Kopf der Königsfigur mit dem frischen Aussehen der Urkunde und der Siegelschnur in auffallendem Gegensatz. Auch ist der Wachsteller, in den das Siegel eingedrückt ist, von bedenklicher Dicke. Der Gedanke, dass die Verbindung des Siegels mit der Urkunde in der nachträglich erfolgte und dabei die ursprünglich ohne Zweifel ziemlich dünne Scheibe, woraus es bestand, mehrfach notgelitten habe, ist dadurch sehr nahe gelegt.

 Die JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 5: Die Regesten unter Philipp, Otto IV., Friedrich II., Heinrich (VII), Conrad IV., Heinrich Raspe,

²Alttann.

³Oberbaumgarten.

IV

Wilhelm und Richard, 1198-1272, nach der Neubearb. Und dem Nachlasse Johann Friedrich Böhmers neu hrsg. Und e, Bd. 1, 1, S. 200, Nr. 806 stellen die Urkunde zeitlich zu 1215 Juni 20. Zwar wird auch hier von der Unechtheit der Urkunde ausgegangen, jedoch mit Rücksicht auf die in der Urkunde erwähnten Zeugen nicht an der Existenz einer um den 20. Juni 1215 zu Ulm entstandenen echten Vorlage gezweifelt wird.

Überlieferung und Publikationen

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 36

Überlieferung und Textkritik:

Original. Vidimus des Abts Johann von Weissenau von 1477 Dezember 17: HStA Stuttgart B 515 U 2.

Regesten:

JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 5: Die Regesten unter Philipp, Otto IV., Friedrich II., Heinrich (VII), Conrad IV., Heinrich Raspe, Wilhelm und Richard, 1198-1272, nach der Neubearb. Und dem Nachlasse Johann Friedrich Böhmers neu hrsg. Und e, Bd. 1, 1, S. 200, Nr. 806 (um 1215 Juni 20)

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ulm

Aussteller:

Friedrich II.; König/Kaiser

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Alemannien
 Alttann Wohnplatz (20601)
 Alttann, Wolfegg, RV
 Augsburg, A
 Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ellwangen (Jagst), AA
 Oberbaumgarten Wohnplatz (17815)
 Oberbaumgarten, Eriskirch, FN
 Rom, Latium, Italien
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Sizilien, Italien
 Ulm UL
 Ulm Gemeinde (16620)
 Ulm Wohnplatz (16648)
 Ulm, UL
 Ulten, Trentino-Südtirol, Italien
 Weingarten RV
 Weingarten Gemeinde (20557)
 Weingarten

Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Winterstettenstadt :
Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)